


05

A

1082





Disputatio Metaphysica

De

CAUSA EFFI-
CIENTE.

Quam

Jehovâ Præstite & Adstite

In illustri Academia VVittebergenſi

SUB PRÆSIDIO

Dn. M MARTINI CASELII,

Serenissimi Sax. Electoris Alumni & Facul-
tatis Philosophicæ Adjuncti,

Publicè ventilandam exhibet.

SAMUEL LANGE Meuselvvizensis
Misnicus,

In auditorio Minori.

Ad diem 3. Septemb. horis à 7 matutinis.



WITTEBERGÆ,

Typis AMBROSII ROTHII, Acad. Typogr.

ANNO M DC XXXVI.

Disputatio Metaphysica

De

CAUSA EFFI-

CIENTE

lehovs Practico & Adlice

In illustri Academia Vitebergensi



Dr. M. MARTIN

geralis in Facul-

22801 A 50

SAMUEL LANG



WITTEBARG

Typis Anthonii Rottmanni, Typogr.

ANNO M. DC. LXXII

A





DISPUTATIO METAPHYSICA
De
Causa Efficiente.

Articulus I.
Exhibens theses earumque expli-
cationes.

§. 1.



Causæ efficientis nomine aliquando intelligitur quodvis principium, quo sensu omne agens causa efficiens actionis, ut & Deus causa efficiens creationis dicitur. Verum non dubium est, quin paulò aliter ac hoc modo efficientis nomine utantur Metaphysici. Sanè causa efficiens ut à nobis hoc loco accipitur tribui actioni nequit, quia tota est in producendis effectibus per veram ac realem actionem, ut suo loco dicemus.

Causa effici-
entis ambi-
guitas.

§. 2.

Ejus characteristica est A vel AB, quæ, ut omnem dimoveamus ambiguitatem, interdum notat quamvis habitudinem & dependentiam, quo sensu Leo dependet ab animâ & corpore organico, interdum verò cæteris causarum characteribus opponitur, quæ significatio nobis arridet.

Character.

§. 3.

Cùm autem omnis efficiens per realem & verum influxum activum det esse effectui, hinc actio realis statuitur esse causalitas efficientis, ut hac ratione à reliquis causis distinguatur.

Formalis
ratio.

A 2



guatur. Sic Deus calum & terram per veram productionem produxit.

§. 4.

Definitio.

Ex his non obscure cognoscimus, quod efficiens proprie ac presse sumpta nihil aliud sit quam causa externa a qua res est per veram ac realem actionem.

§. 5.

Explicatio.

Quid autem his nominibus (externa causa) signetur varii varie terram ducunt. Nobis verisimile sit, efficientem ita vocari non ratione presentiae, sed ratione constitutionis, quia non intrinsece sed extrinsece constituit rem ut partes essentielles. Sic gallina dicitur causa efficiens pulli.

§. 6.

Divisio.

1. est vel primaria vel secundaria.

Est autem causa efficiens. 1. alia primaria, alia vero secundaria. Illa in productione & conservatione effectus predominatur, haec vero adjuvat. Hinc cognoscere est, quod architectus, qui adificat adjuvantibus fabricis sit causa primaria, cooperantes vero secundaria.

§. 7.

2. principalis vel instrumentalis.

2. Est vel principalis vel instrumentalis. Illa assumit alias, causas & effectum producit vel conservat: haec vero interservit causae principali & ad effectum sua virtute superiorem producendum aut conservandum elevatur. Exemplo nobis hac in parte est sigulus, qui tanquam causa principalis ollas fingit per organa tanquam causas instrumentales.

Univoca velequivoca.

Notandum tamen quod alias causam principalem distinguere soleant in univocam, quae cum effectu essentiam habet similem, ut gallina cum pullo; & equivocam, quae producit effectum a sua essentia dissimilem, ut Deus est causa equivoca rerum creaturarum.

§. 8.

3. prima vel secunda.

3. Alia dicitur prima quae omni superiori causae caret, ut omnipotens Deus qui solus est causa absq; causae Ens absq; Ente: mera namq; essentia, ut inquit Scaliger Exerc. 359. sect. 2. alia vero secunda, quae non agit nisi mota causae primae, ut omnis Creatura.

§. 9. 4. Est

§. 9.

4. Est vel universalis, quæ habet causalitatem communem ad plures effectus producendos: vel particularis, quæ habet causalitatem restrictam ad certum specie effectum producendum. Illa vel est simpliciter talis, ad omnes actiones concurrens, ut solus Deus: vel secundum quid: ut corpora caelestia. Particulares verò sunt omnes causæ inferiores, quo sensu homo tantum hominem nequaquam verò lapidem vel arborem vel asinum generat & producit.

4. Universalis vel particularis.

§. 10.

5. Alia est solitaria, alia socia. Solitaria est, quæ in productione effectus causas (non subordinatas, sed) coordinatas excludit: Sic David fuit causa solitaria in pugna cum Goliatho: ubi non excluduntur lapides, tanquam causæ subordinatae, sed milites, qui isto tempore non fuerunt causæ victoriae. Equus solus currum trabens dicitur causa solitaria non excludendo funes sed bovem vel aliū equum. Sic etiam causæ solitariae sunt plantæ cum generant, aurum cum se multiplicat, venenum cum sibi simile gignit. Socia verò dicitur, quæ in productione effectus causam coordinatam habet. Sic causæ sociae hominis producendi sunt Mater & Fœmina: Equi, equus & equa; Galli, gallus & gallina.

5. Solitaria vel socia.

§. 11.

6. Causæ vel sunt coordinatæ vel subordinatæ. Illæ sunt ejusdem ordinis & gradus, ut asinus & asina respectu asini generandi: hæ verò sunt diversi ordinis & gradus: ut faber murarius & libellus vel perpendiculum respectu muri: & hæ rursus dispesci solent in essentialiter subordinatas, quæ ita inter se affectæ sunt, ut inferior sine superiori effectum producere nequeat, quamvis hæc absque illa non raro effectum producat: sic Deus absq; homine omni perfectionem involventia producere potest, homo verò sine Deo nihil valet: & in accidentaliter subordinatas, quando inferior sola effectum efficere potest. Sic filius & pater sunt causæ accidentaliter subordinatæ, licet enim ille ab hoc dependeat in esse & fieri, tamen non in agendo, cum parente mortuo agere possit.

6. Vel coordinata vel subordinata.

essentialiter.

accidentaliter.

A 3

§. 12. 7. Causæ

7. Procreans
vel conser-
vans.

7. Causa efficiens est vel procreans, quæ primò rem à non esse ad esse per veram actionem producit: vel conservans, quæ alicujus per realem influxum continuat. *Sic Deus in creatione Mundi procreavit hominem, quem jam variè conservat.*

8.
Per se vel per
accidens.

8. Causa alia est per se, alia per accidens, & hæc ita dicuntur vel ratione Causæ vel ratione effectus. Causa per se ratione Causæ dicitur, quando effectus referuntur ad illud attributum, secundum quod per se fiunt. *Sic medicus per se dicitur mederi: Gemetra per se γένουελεγειν.* Contra verò Causa per accidens ratione Causæ dicitur, quando Effectus referuntur ad aliud attributum, à quo tamen non per se proficiscuntur. *Sic per accidens dicitur Musicus adificare: Medicus γεωουελεγειν &c.* Ratione effectus Causa per se dicitur, quando effectum producit intentum: *sic homo generans hominem perfectum est Causa per se, quia effectum illum intendit: contra verò Causa per accidens est quæ producit effectum non intentum. Sic homo generans monstrum, Causa per accidens istius monstri est, quia illud non intendit sed incidenter producit: Et secundum hanc ultimam significationem, quam hujus loci esse asserimus, Causa per se vel est Naturalis vel voluntaria, illa est quæ absque ullâ deliberatione naturali suâ vi influit in effectum, quomodo magnes attrahit ferrum: allio dissolvitur adamas &c. hæc, quæ liberè agit cum deliberatione, quo sensu Deus creavit omnia: & lignarius trabem ad amussim asciat &c: Causa per accidens vel est Casualis, quando effectus per accidens apponitur Causæ naturali, ut cum tegula de tecto decidens vulnus pratereunti infligit: vel fortuita quando apponitur Causæ voluntariæ: Sic cum agricola terram fodiens thesaurum invenit, vel aratrum suum frangit.*

9.
Vel agit im-
mediatione,
virtutis vel
suppositi.

9. Causa vel agit immediatione virtutis, cujus virtus tantum sese ad effectum extendit: ut Sol & Luna: Vel immediatione suppositi, quæ per suam essentiam immediate attingit suum effectum: ut Deus.

§. 10. Alia agit per emanationem à qua effectus est per naturalam resultantiam: Sic Sol est Caussa luminis in aere: alia per transmutationem, ut scriniarius efficiens mensam.

10. Agit vel per emanationem, vel per transmutationem.

§. 11. Alia Caussa est disponens quæ materiam tantum disponit: ut sunt operarij qui lapides cadunt: alia perficiens, quæ effectum constituit ac perficit: ut Architectus ratione domus.

11. Disponens, vel perficiens. Effectus.

§. 12. Caussa efficienti contra distinguitur effectus, qui nihil aliud est, quàm caussatum, quod pendet à Caussa efficiente.

Articulus II.

Qui proponit Canones cum eorum explicati- onibus.

Canon I.

Qualis Caussa talis effectus.

At inquires 1. Deus est infinitus & ab æterno Ergò & mundus erit infinitus & ab æterno 2. Pater est doctor. Ergò & filius erit Doctor. Pater est bonus. Ergò & filius erit bonus Sutor est moraliter malus, Ergò & calceus. 5. Pater est perfectæ essentia. Ergò & filius, cum tamen contingere possit ut filius monstrum existat. Verum non est quod argumenta hæc pulverem nobis ob oculos spargant, Nam quomodo primo argumento obviam iri debeat, videre est ex ijs quæ supra in §. 7. diximus, ubi dist. inter Caussas univocas & æquivocas. Canon non valet de Caussis æquivocis sed univocis: Deus autem est Caussa æquivoca, non univoca. Ad secundum dist. inter attributa essentialia & accidentalia: De illis ad stipulamur, de his pernegamus: Quod autem Pater sit doctor vel bonus & sutor sit moraliter malus hoc accidit illis. Ad tertium dist. inter defectum & effectum de quo Canon intelligi-



101
figitur. Monstrum non est effectus, sed defectus ut patebit & quæstione 14. At hic res se multò secius habet. Sensus enim Canonis est: Quicquid tanquam attributum essentialiter tribuitur Causæ univocæ illud etiam essentialiter convenit effectus. Sic rectè dico: Essentialiter dicitur de homine quod sit rationalis: Ergò etiam de sobole humana: si verò quis ad Causam æquivocam velit accomodare, tunc de bonitate & malitiâ in genere procedit: sic quando tutor bene operatus juxta bonitatem artis, hinc etiam sequitur bonus Calceus: sin malè, etiam malus.

Canon II.

Qualis effectus talis Causa.

Linitari potest ut antecedens hoc modo: Quicquid essentialiter convenit effectui, illud quoque essentialiter convenit Causæ univocæ.

Canon III.

Positâ Causâ ponitur effectus.

Videtur falsum. Nam 1. Deus fuit ab æterno, nec tamen ullis positus fuit effectus 2. suppetentibus lapidibus ligno alijsque non extructa stat Domus. Sed R. ad 1. quod Causa vel agat ex necessitate naturæ, quæ actionem suspendere nequit: vel voluntariè. Canon valet de Causa agente ex necessitate naturæ. Deus autem non est agens necessarium, sed voluntarium. Et præterea si Canon extendatur ad agentia voluntaria, tunc dicimus, quod procedat de Causis in actu positis. Deus autem ab æterno Causa non fuit. Ad 2. dicimus, quod loquatur de causis efficientibus & sufficientibus, quæ si adsint & non impediuntur, tunc distinguo inter ἐνεργεια & ἐνεργεια. Hinc sensus Canonis est. Positâ Causa actu jam operante & ad producendum sufficiente neque impeditâ ponitur effectus, qui populariter vocatur ἐνεργεια. Sic posito

145
sito Architecto jam operante & omnibus requisitis ponitur
ejus operatio, nisi scilicet impediatur morbo vel alio modo.

Canon IV.

Posito effectu necesse est Causam esse vel fuisse.

Sic posita Mensa necesse est scrinarium esse vel fuisse. Non
enim necessarium est, ut Causa ad huc sit in presenti, sufficit si
præcesserit.

Canon V.

Sublata Causa tollitur effectus.

Frustra autem scrupulum injiciunt illi, qui dicunt, quod
sic sublato artifice tolleretur artificium & combusta arbore
marcescant poma ex eâ collecta. Nam 1. res consideratur
vel in esse vel in fieri 2. dist: est inter operationem & opus i-
psam productum. Sensus Canonis est: Sublata Causa tol-
litur operatio seu effectus in fieri. Sic sublato artifice tollitur
ejus operatio, id est, non amplius operatur. Combusta arbo-
re, non amplius ex eâ nascuntur poma.

Canon VI.

Nihil est Causa sui ipsius.

Hinc non obstat, quod homo seipsum reddat virtuosum,
quia aliud est esse causam virtutis in seipso, & aliud est esse cau-
sam sui ipsius, id est, seipsum producere, sanè hoc non probat
quod aliquid sit Causa sui ipsius, sed suorum accidentium quod
nos concedimus. Sic ergo qui se reddit virtuosum non est Causa
sui ipsius sed saltem suæ virtutis. Hunc ergo Canon obtinet
sensem: Nihil seipsum producit: sic nec asinus, nec Leo, neque
Homo seipsum producit, sed semper ab alio producitur.

Canon VII.

Omnis Causa est prior suo effectu.

Obstrepsis, Aristoteles ipse dicit, Causam & effectum
esse simul, quia sunt relata, relata autem simul esse, nemo sanus
ambigit. Verum salva res est; Canon enim non loquitur
de Causa & effectu quatenus sunt relata, neque loquitur

de prioritate temporis, quomodo procedunt opposita argu-
menta, sed hoc sensu gaudet: Omnis Causa est prior suo effe-
ctu, si non tempore, tamen naturâ. Sic Pater est prior filio tum
tempore tum naturâ. Sol est prior lumine licet non tempore
tamen naturâ, non aliter ac fides prior est justificatione.

Canon VIII.

Causa Causæ etiam Causa Causati.

Hic videtur litem movere illud, quod 1. Adam
fuerit Causa Caini nec tamen fratricidii à Caino commissi 2.
Parens Rusticus sit causa sobolis, quæ est erudita, nec tamen
ejus eruditionis. Verùm hic Canon non valet de causis ac-
cidentaliter subordinatis & defectibus, de quibus procedunt
objectiones, sed, hunc habet sensum: Causa causæ essentiali-
ter subordinatæ est etiam causa causati, quoad effectus. Hinc
Adam non est causa fratricidii, quia Cain in hoc facto A-
damo essentialiter non subordinatur, cum non cum ipso ad
hujusmodi actionem cucurrerit Rectè autem dico: Deus est cau-
sa Hominis Ergo est etiam causa virtutum & aliorum operum
perfectionem inferentium. Monfortius in suis axiomatibus
hoc exempli loco adducit: sicut sol est causa Lucis & Lux
causa Caloris: ita quoque sol est causa caloris. Verùm nisi
nos ratio fugit, malam præsupponit hypothesin, cum, lux caus-
sa caloris non sit, neq; nescij sumus quod hoc ipsum in contro-
versiam vocent multi, sed ratio in mundo est, quam quia fu-
sus per tractant Physici Neoterici, hinc etiam iis proponen-
dam & decidendam relinquimus.

Canon IX.

Quod quis non habet, alteri dare nequit.

Inquies sol calorem non habet. Ergò nec alteri dare po-
test. Verùm hic Canon sic intelligendus est, quod quis non
habet nec formaliter nec virtualiter, illud alteri dare non
potest:

146.
potest: Et sic negamus quod sol non habeat calorem, licet enim eo destituatur formaliter seu (ut Aristotelicorum verba mea faciam) affectivè, tamen calorem habet virtualiter vel ut rursus cum illis loquar effective. Ex his patet, quod elementa non possint efficere sapes & odores, quia nec virtualiter nec formaliter sunt sapida & odorata & sic aliud quid præter ea in corporibus mixtis inveniatur, videlicet principia chymica.

Canon X.

Nihil est in effectu quod non antea fuerit in causa.

Dices, calor à sole in effectu est productus Ergò in sole fuit, & ut antea, quod calor fuerit in sole scilicet virtualiter, quod Canon nostro non Contrariatur, cum hic illius sit sensus. Nihil est in effectu, quod non antea, si non formaliter, tamen virtualiter fuerit in causâ. Quo sensu omnes, quæ sunt in homine, perfectiones etiam in Deo invenientur.

Canon XI.

Causa secunda non agit nisi mota à prima.

Evellendus autem nobis hoc loco scrupulus, qui animos quorundam infidet. Dicunt enim, 1. quod Deo prorsus non conveniat motus, quia hic sit actio physica. 2. Sic homo non peccet nisi cooperante Deo. Verum R. ad 1. quod hic motus sumatur generaliter pro agitatione, non vero pro motu physico ad 2. quod hic Canon non includat defectus, sed potius excludat. Canonis ergo sensus hic est: Causa secunda nihil efficit, nisi simul cooperetur causa prima. Hinc causæ particulares nihil agunt nisi à primis moveantur. Sic arbores tempore hyberno quasi mortuæ nihil fermè operantur, quia vires Solis in influxu sunt debiliores, contra verò novum recipiunt vigorem, quando influxus illa sua capessit incrementa.

Canon XII.

Omne procreans procreat sibi simile.

B 2

Hunc

241
Hunc Canonem forsitan his impugnabis armis, quod Deus sibi non pro creaverit similem Deum. At verè hic plumbeus, quod dicitur, pugio est, non enim opus est, ut Deus procreet sibi similem Deum, cum ista similitudo non ad quodvis sit extendenda. Sufficit enim quod conveniant in bonitate generali vel essentiali, cum effectus assimiletur suæ causæ vel secundum eandem speciem ut Leo leoni, vel secundum virtuales continentiam, quomodo etiam opera Dei Deo assimilantur. Hinc ergò Canon hunc habet sensum: Omne procreans procreat sibi simile, si non quoad essentialem tamen quoad generalem bonitatem & virtuales continentiam. Sic Parens procreat sibi similem sobolem quoad bonitatem essentialem non aliter ac Deus procreavit hominem, qui ipsi similis fuit aliquomodo quoad bonitatem; quoad virtuales continentiam Sol producit effectum, qui ipsi secundum eam assimilatur.

Canon XIII.

Cujus causa per se est bona, illud ipsum per se est bonum: & cuius causa per se est mala, illud ipsum per se est malum.

Sic licet sutor sit malus moraliter, tamen potest producere bonos calceos, cum possit esse bonus artifex. Sic quia hæreseos causa per se est mala utique ipsa hæresis per se talis erit. Sunt fortasse quædam quæ adversus hunc videntur adversari Canonem, veruntamen ea, si qua fuerint, levicula fore arbitramur ac quæ solvere cuius sit proclive, quare ijs relictis, (ne spinas magis colligere videamur quam rosas) statim aggrediemur.

Arti-

147

Articulus III.

In quo Controversias afferemus,

Quæritur I.

*An causa efficiens sit nobilior
effectu, an vero deterior?*

Resp. Causa & effectus in duplici sunt differentia, vel enim considerantur prout causant & causantur, vel prout absolutam habent entitatem. Priori modo causa efficiens nobilior est suo effectui, quia ipsum causat seu quia ipsi dat esse: posteriori modo si sumatur tunc dubitatur, cum dentur instrumentales quæ imperfectiores sunt effectui, ut patet in semine respectu prolis, in calore respectu carnis, quæ per eum tanquam instrumentum generatur. Datur præterea causa principalis univoca, quæ cum suo effectui ejusdem est nobilitatis & perfectionis essentialis, quia est ejusdem speciei cum effectui suo. Paucis; quæstio hæc si intelligatur de causâ æquivoca affirmativa nobis placet, quia hæc semper effectui est præstantior, ut Architectus domo, si de univocâ, negatur.

Qu. II.

An Efficiens ingrediatur effectum?

Resp. Sensus hujus quæstionis duplex esse potest, 1. An efficiens qua efficiens essentiam effectus sui intrinsecè constituat? 2. An Efficiens effectui intimè præsens esse possit? Nobis priori sensu cum subtilissimo Scaligero ex Exer. 307. sect. 27. negativa veritati congruere videtur, quia est causa externa, quæ essendi rationem, ita ut intrinsecè constituat, non ingreditur: Posteriori modo affirmativa, cum hoc sensu Deus dicatur in nobis, quia omni præsens est.

Qu. III.

Quomodo Causæ particulares subordinentur

universali?

Et Essentialiter. Per universalem autem hoc loco intelligimus Deum in quo sumus & movemur.

B 3

Qu. 4. An

Qu. IV.

*An Causa efficiens naturalis semper agat uno
& eodem modo?*

Affirmatur scilicet naturaliter, nam supernaturaliter ferrum natavit 2. Reg. 6. v. 5. & 6. Sol & Luna stetit Jos. 10. v. 13. ignis non ussit Dan. 3. 93. cum tamen combusserit Sodomitas & Gomorhitas Gen. 19. v. 24. & 25. Thamathæum & uxorem ejus Jud. 15, 16.

Qu. V.

*An causa particulares possint producere effectum
absq; universali? N.*

Si enim à Deo dependent in Esse & Conservari, cur non & in operari? ut se res habet in essendo, ita quoque in operando. Sic quia Parentes quoad esse & conservari à Deo dependent, hinc etiam eorum actiones. Probè verò notandum, quod sub effectu non includatur defectus, sed potius excludatur, quia ad hunc Deus non concurrat.

Qu. VI.

Quomodo effectus à sua Causa distinguatur?

Resp. realiter. Neque aliter id fieri debere, nobis persuasissimum est. Sic Parens & filius distinguuntur realiter, quia se ut distincta entia habent.

Qu. VII.

*An naturale agens agat frustra & absq;
intentione? N.*

Quia omne agens semper eodem modo agit, ut patet ex quæst. 4. Exemplis hæc illustrabimus. Semper eodem modo generantur animalia. Propter finem agit hirundo, nidum faciens in loco aliori ne capiatur. Aranea telam struit, ut muscas capiat: Asinus intendit generare asinum: Lupus intendit lupum: Canis intendit generare canem. Aliàs enim in generationis illius actu essent Causæ per accidens, quod est absurdum, causa enim, ut dictum 6. 13. per accidens est, quæ producit effectum non intentum.

Qu. VIII.

Qu. II X.

An privativum sit Caussa positivus?

N. Neque enim leviculā quadam ratione hanc nobis statuminare posse videmur sententiam, cum sciamus, quod privatio omnium sanorum Philosophorum consensu nullam habeat realem entitatem, & sic haut difficilis conjectatio fit, privationem esse non ens. Hinc talem extruimus Syllogismum :

Quicquid est non Ens, illud non est Caussa.

Privatio est non Ens.

Ergo privatio non est Caussa.

Minor exinde liquet, quia privatio nullas habet operationes, quæ Entis optimum & infallibile sunt signum.

Qu. IX,

An in Caussis detur progressus in infinitum?

N. Aliàs enim certa rerum cognitio tolleretur, quæ ex investigatione Caussarum dependet. In rebus autem bonis semper perveniendum est ad Deum, tanquam omnium bonorum autorem.

Qu. X.

An principium & Caussa sint idem?

N. Omnis quidem Caussa est principium, sed non omne principium est caussa, cum dentur etiam principia non causalia, ut in discurso ostendetur.

Qu. XI.

An id, quod habeat Efficientem habeat etiam finem?

A. Cùm omne agens agat propter finem.

Qu. XII.

An agens naturale actionem naturaliter suspendere possit?

N. Si scilicet omnia ad agendum requisita ad sint: si verò unum aut plura desint, contrarium locum obtinet.

Qu. XIII.

An Caussa sine qua non, privativa & moralis sint Caussa proprie sic dicta?

Resp.

Resp. Vulgò Causam dispeſcunt, 1. in cauſſam veram & cauſam ſine qua non. 2. in poſitivam & privativam. 3. in phyſicam & moralem. Verum cauſſa ſine qua non, privativa & moralis non ſunt cauſſa, quia deſtituuntur influxu, quo attingere poſſint effectus. Omnis verò Cauſſa debet habere cauſalem influxum. Vocantur autem Cauſſæ non propriè ſed populari loquendi conſuetudine, quia ſub ſpecie cauſſæ ſeſe vulgò inſinuare ſolent.

Qu. XIV.

An monſtrum ſit effectus?

N. Quia nullam habet *κρῆσις* dictat efficientem, ſed potius deficientem & aberrantem. Jam quicquid nullam habet efficientem non eſt effectus propriè ſic dictus. Monſtrum nullum habet efficientem. E. Hinc quidam dicunt, quod Monſtrum, quia monſtrum non ſit corpus Naturale, ſed corporis *ἀνάγνητος*.

Qu. XV.

An res naturalis vere aliquid efficiat?

Aff. Videmus enim ſolem illuminare, terram germinare, lignum pomi ferum fructificare & animalia de loco in locum ſeſe movere. Audimus canem latrare, leonem rugire. Sentimus ignem urere, aquam frigeſcere. Sunt tamen qui hujus quaſtionis negativam defendunt ſententiam. Verum ut rectè Ariſtoteles ait: manifeſta negare inſignis impudentiæ eſt iudicium. Hinc Avicenna dicit: eos qui clamant ignem non urere tam diu cruciandos & torrendos eſſe, donec ſe uri fateantur.

Qu. XVI.

An tò conſervare ſoli efficienti conveniat?

Aff. Aliàs enim efficiens non rectè divideretur in procreantem & conſervantem, & præterea conſervatio dicit extrinſecam influxum, qui nec formæ nec materiæ tribui poteſt. Atq; hæc ſunt quæ de Efficiente conſcribere viſum fuit, quod ſi quid hic à nobis eſt prætermiſſum, facilè patimur atque etiam exoptamus, ut quivis illi

allinet atrum

Transverſo calamo ſignum.

SOLI DEO GLORIA!

ni
el
us
m
i-
us
tè
i-
e-
n-
e-
n-
ft.
od
cci,


05 A 1082

ULB Halle 3
003 765 423


V317







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

14

etaphyfica

EFFI-

TE.

& Adstite

V Vittebergenf

IDIO

CASELII,

Alumni & Facul-

Adjuncti,

m exhibet.

Meuselvvizensis

3,

linori.

is à 7 matutinis.



G Æ,

HI, Acad. Typogr.

XXXVI.

